Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Mulieres autē & duces fecerunt in ciuitate templi baal / & pulcer statuā de fano baal / & ēbusserunt & ēminuerūt eā. Destruxerūt quoq; ete baal / & fecerūt pedes latrinas usq; ad diē hanc. Deleuit itaq; hieu baal de isrl. Veruntamen a peccatis hieroboam filii nabath qui peccare fecit isrl / nō recessit / neq; dereliquit uitulos aureos qui erant in bethel & in dan. Dixitq; autē dns ad hieu. Quia studiose fecisti quod rectū erat & placebat mihi oculis meis / & omnia quę erant in corde meo fecisti contra domū ahab / filii tui usq; ad quartā generationē sedebūt super thronū isrl. Porro hieu nō custodiuit ut ambularet in lege dni dei isrl in toto corde suo. Non enim recessit a peccatis hieroboam q̄ peccare fecerat isrl. In diebus illis cepit dns tedere eos super isrl. Percussitq; eos azahel in cunctis finibus isrl. A iordane contra orientalē plagā omnē terram galaad & gad & ruben & manasse. abaroer quę est super torrentē arnon & galaad & basan. Reliqua autē uerborū hieu & uniuersa quę fecit & fortitudo ei / nonne hec scripta sunt in libro uerborū dierū regū isrl. Et dormiuit hieu cū patribus suis sepelierūtq; eū in samaria / & regnauit ioahaz filius eius pro eo. Dies autē quos regnauit hieu super isrl xxviii anni sunt in samaria. Athalia uero mater ahazie uidens mortuum filium suum surrexit & interfecit omne semen regium. Tollens autem iosaba filia regis ioram soror ahazie ioas filium ahazie furata est eum de medio filiorum regis quę interficiebantur & nutrivit eum de lectulo. & absconditum cum nutrice sua de conspectu athalie ut non interficeretur / erat quoq; cum ea in domo dni clam sex annis. Porro athalia regnauit super terram. Anno autem septimo misit ioiada / & assumens centuriones & milites introduxit ad se in templum dni. pepigitq; cum eis fedus / & adiurans eos in domo dni ostendit eis filium regis. & precepit eis dicens. Iste est sermo quem facere debetis. Tertia pars uestrum introeat sabbato & obseruet excubitum domus regis. Tertia autem pars sit ad portam seyr. & tertia pars ad portam que est post habitaculum scutariorum / & custodiet excubitum domus mensa. duę autem partes cuncti egredientes omnis sabbato custodiant excubias domus dni circa regem / & uallabunt eum habentes arma in manibus suis. Si quis autem ingressus fuerit septa templi interficiatur / eritisq; cum rege introeunte & egrediente. Fecerunt centuriones iuxta omnia quę precepit eis ioiada sacerdos / & assumentes singuli uiros suos qui ingrediebantur sabbatum cum his qui egrediebantur e sabbato uenerunt ad ioiada sacerdotem. Qui dedit eis hastas & arma regis dauid quę erant in domo dni. Et steterunt singuli habentes arma in manu sua / a parte templi dextra usq; ad partem sinistram altaris & templi circa regem. Produxit q; filium regis / & posuit super eum diadema & testimonium. Fecerunt eum regem & unxerunt / & plaudentes manibus dixerunt. Viuat rex. Audiuit athalia uocem currentium populi / & ingressa ad turbas in domum dni. uidit regem stantem super tribunal iuxta morem & cantores & turbas populi canentem tubis / & scidit uestimenta sua clamauitq; / Coniuratio coniuratio. Precepit autem ioiada centurionibus qui erant super exercitum / & ait eis. Educite eam extra cōsepta templi / & quicunq; secutus eam fuerit feriatis gladio. Dixerat enim sacerdos. Nō occidatis eam in templo dni. Imposuerunt ei manus & impegerunt eam per uiam introitus equorum iuxta palatium / & interfecta est ibi. Pepigit q; ioiada fedus inter dnm & inter regem & inter populum ut esset populus dni. Ingressusq; omnis populus terre templum baal & destruxerunt aras eius / & imagines contriuerunt ualide. Mathan quoq; sacerdotem baal occiderunt coram altaribus. Et posuit sacerdos custodias in domo dni / tulitq; centuriones & cerethi & felethi legiones & omnem populum terre / & deduxerunt regem de domo dni. & uenerunt per uiam portę scutariorum in palatium / & sedit super thronum regum. Letatusq; est omnis populus terre / & ciuitas quieuit. Athalia autem occisa est gladio in domo regis. Septem annorum erat ioas cum regnare cepisset. Anno septimo hieu regnauit ioas. Quadraginta annis regnauit